Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cyparissus Funebris Exequiis haud vulgariter dolendis Viri Nobilissimi, Amplissimi, et Consultissimi Dn. Johannis Cunradi Gundelfingers ...

Geuder, Christian

Nerolingae, 1670

[Fließtext]

urn:nbn:de:bsz:31-136699

Visual Library

41.

CYPARISSVS FVNEBRIS

Exequiis haud vulgariter dolendis

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, & CONSULTISSIMI

DN. JOHANNIS CUNRADI

Gundelfingers/

LIB. IMP. REIP. NEROLING. CONSVLIS MERITISSIMI,

Æratii P. Quæstoris, Consistorii Præsidis, Scholarchæ, &c. undiquaq; dexterrimi, Patroni sui desideratissimi,

III. Idus Januar. Anno cIↃ. IↃC. LXX.

posita & dicata

à

CHRISTIANO Gesider/

à Secretis Provincialib.

Quis desiderio modus? aut condigna querelis
Vox? Elegos tanti præcipe Musa Viri.
Occidit heu! multis; lacrymabilis occidit ur-
Cujus luctificâ nocte serena tegit. (bi,
Non secùs occiduus condit si fulgida Titan
Lumina, triste-silens horror & umbra subit.
Aspice, quanta cohors, solvenda ad justa, feretrum
Stipet, & effuso perluat imbre genas.
Non ita Priamides [illegible]
Turbavit luctu Pergama pulla suo.
Non ita Bedriaci Prætoria saucia campo
Castra Ferentini sunt miserata rogum.
E saxo natus sit; sit Marpesia cautes,
Cui cor, haud tantâ flexile clade, riget.
Dexteritas spectata VIRI, quâ flexit habenas
Rectrices; quâ jus consiliumq; dedit:
Ausonii, qualis tua, princeps, Scaure, Senatûs,
Invidiæ non vi, non labefacta minis:
Pervigil & Patriæ curis; frendentibus illis,
Quorum oculis urbs hæc invidiosa jacet.
Fama ob magnificas & dignas Consule dotes
Diffudit laudes Solis utrâq; domo.
Tergeminis, mora longa foret comprendere fando,
Præclarus quantùm fulserit urbe Bonis.
Prælustrisq; foris; donaria splendida testor,
Principibus constat queis placuisse Viris.
Notus & in doctos animi, ingenuasq;, paterni,
Pierides, vulgi quas stupor odit iners.
Queis hodiè vel ab his, qui ultrà sapuisse videntur,
Sanna, supercilio suspiciente, venit.
Turba Camœnarum, & parili Respublica lessu
Tanti ope-consilio CONSULIS orba dolet.
Gratia Magnatum, vel opes, vel culmen honoris,
Ingeniúmve ageret si cita fata retrò;
Debuerat superas grandævus inire catervas,
Stamine in extentos candidiore dies.
I nunc, Principibus mortali sanguine cretis
Sicubi quis gaudes impote nixus ope;
I nunc, atq; lutum fluxum, quod volvit arenis
Pactolus rutilis, cui lubet, usq; crepa;
I nunc, & quicunq; gradûs emensus honorum
Sidera sublimi vertice summa feris;
I nunc, & propter Naturæ dona benignæ
Te necis excipuum legibus esse puta;
Horum si quicquam Libitinæ excluderet umbras,
GUNDELFINGERI funera sera forent.
Sed licet & vitæ hæc auctoramenta valerent;
Enthea mens abitum non retinenda parat.
Majores in luce moras pertæsa profatur:
DILEXIT CHRISTUS ME *: juvat inde mori. *conf. Thema Conc. funebr. Gal. 2. 20.
Usq; adeò, lethũ, nihil est, quod in orbe moretur!
Calcandæq; semel devia nulla viæ!
Quinimò (præstant quando cœlestia fluxis,)
Linquit humum, dius cunctaq; vincit amor!
Ast oleas extra: Respublica pendula nutat,
Suffultus simulac pondere cessit Atlas.
Adsit, qui subeat suffectus ut ille subibat
Cœliferi Alcmenâ natus Atlantis onus'!
Sospitet & solidet, TE, tota Corona superstes
ô! patriæ PATRUM, cura paterna DEI!

NEROLINGÆ, Typis PRÆTORIANIS.

41.

CYPARISSVS FVNEBRIS

Exequiis haud vulgariter dolendis

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, & CONSULTISSIMI

DN. JOHANNIS CUNRADI Bundelfingers/

LIB. IMP. REIP. NEROLING. CONSVLIS MERITISSIMI,

Æratii P. Quæstoris, Consistorii Præsidis, Scholarchæ, &c. undiquaq; dexterrimi, Patroni sui desideratissimi,

III. Idus Januar. Anno cIↃ. IↃC. LXX.

posita & dicata

à

CHRISTIANO Geider/

à Secretis Provincialib.

Quis desiderio modus? aut condigna querelis
Vox? Elegos tanti præcipe Musa Viri.
Occidit heu! multis; lacrymabilis occidit ur-
Cujus luctificâ nocte serena tegit. (bi,
Non secùs occiduus condit si fulgida Titan
Lumina, triste-silens horror & umbra subit.
Aspice, quanta cohors, solvenda ad justa, feretrum
Stipet, & effuso perluat imbre genas.
Non ita Priamides rapientibus [illegible]
Turbavit luctu Pergama pulla suo.
Non ita Bedriaci Prætoria saucia campo
Turba Camœnarum, & parili Respublica lessu
Tanti ope-consilio CONSULIS orba dolet.
Gratia Magnatum, vel opes, vel culmen honoris,
Ingeniúmve ageret si cita fata retrò;
Debuerat superas grandævus inire catervas,
Stamine in extentos candidiore dies.
I nunc, Principibus mortali sanguine cretis
Sicubi quis gaudes impote nixus ope;
I nunc, atq; futum fluxum, quod volvit arenis
Pactolus rutilis, cui lubet, usq; crepa;
I nunc, & quicunq; gradûs emensus honorum

Impice, quanta conors, solvenda ad justa, feretrum
Stipet, & effuso perluat imbre genas.
Non ita Priamides rapientibus [illegible]
Turbavit luctu Pergama pulla suo.
Non ita Bedriaci Prætoria saucia campo
Castra Ferentini sunt miserata rogum.
E saxo natus sit; sit Marpesia cautes,
Cui cor, haud tantâ flexile clade, riget.
Dexteritas spectata VIRI, quâ flexit habenas
Rectrices; quâ jus consiliumq́; dedit:
Ausonii, qualis tua, princeps, Scaure, Senatûs,
Invidiæ non vi, non labefacta minis:
Pervigil & Patriæ curis; frendentibus illis,
Quorum oculis urbs hæc invidiosa jacet.
Fama ob magnificas & dignas Consule dotes
Diffudit laudes Solis utrâq; domo.
Tergeminis, mora longa foret comprendere fando,
Præclarus quantùm fulserit urbe Bonis.
Prælustrisq́; foris; donaria splendida testor,
Principibus constat queîs placuisse Viris.
Notus & in doctos animi, ingenuasq́;, paterni,
Pierides, vulgi quas stupor odit iners.
Queîs hodiè vel ab his, qui ultrà sapuisse videntur,
Sanna, supercilio suspiciente, venit.

I nunc, Principibus mortali sanguine cretis
Sicubi quis gaudes impote nixus ope;
I nunc, atq; lutum fluxum, quod volvit arenis
Pactolus rutilis, cui lubet, usq; crepa;
I nunc, & quicunq́; gradûs emensus honorum
Sidera sublimi vertice summa feris;
I nunc, & propter Naturæ dona benignæ
Te necis excipuum legibus esse puta;
Horum si quicquam Libitinæ excluderet umbras,
GUNDELFINGERI funera sera forent.
Sed licet & vitæ hæc auctoramenta valerent;
Enthea mens abitum non retinenda parat.
Majores in luce moras pertæsa profatur:
DILEXIT CHRISTUS ME *: juvat inde mori. *conf. Thema Conc. funebr. Gal. 2, 20.
Usq; adeò, lethũ, nihil est, quod in orbe moretur!
Calcandæq́; semel devia nulla viæ!
Quinimò (præstant quando cœlestia fluxis,)
Linquit humum, dius cunctaq́; vincit amor!
Ast oleas extra: Respublica pendula nutat,
Suffultus simulac pondere cessit Atlas.
Adsit, qui subeat suffectus ut ille subibat
Cœliferi Alcmenâ natus Atlantis onus!
Sospitet & solidet, TE, tota Corona superstes
ô! patriæ PATRUM, cura paterna DEI!

NEROLINGÆ, Typis PRÆTORIANIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST